

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**


**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CCXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

heizze zu Besenkein, vnd Cunrat der voget von Besenkein verichen vnder Ingesigel vnfers vorgnanten Herren Marcgrave Rudolfes, Hessen gnant, wen wir eiginre Ingesigel nüt han, daz wir umbe die vorgeschriben schulde, gegen dem vorgenanten Burger vnd sinen erben haft sin in allen weg, vnd wise, als hie vor bescheiden ist. Diz geschach, vnd wart dirre Brief geben ze Stratzburg an der Mittewochen vor Sante Walpurg Tag, do men zalt von Gotz geburt drützehenhundert Jar, zwentzig Jar, vnd ein Jar.



## CCXXVIII.

LUDOVICUS IV. IMP. FRIDERICO MARCHIONI  
BADENSI CONCEDIT, UT DE QUOLIBET PLAUSTRO  
VINI XIII. DENARIOS ARGENT. MONETÆ, ALIOSQUE  
QUATUOR DE NAVI IN RHENO PER DITIONEM  
SUAM EXIGERE POSSIT.

ANNO MCCCXXII.

*Ex tabulario Bada - Badensi.*

**N**OS LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.  
Ad vniverforum noticiam cupimus pervenire. Quod nos specta-  
bili viro *Friderico Marchioni de Baden*, fideli nostro dilecto, fuisque he-  
redibus de suo corpore legitime descendentibus, contemplatione fidei &  
obsequiorum suorum que nobis & heredibus nostris ac sacro Imperio inter-  
positione iuramenti corporaliter prestiti, iuravit fideliter in antea exhi-

A a a 3

---

---

bere & facere cum effectu contra omnem hominem specialiter duntaxat exceptis *Rudolfo* fratre & *Rudolfo* ac *Hezzone* patruis suis, *Marchionibus de Baden*, sicut inferius est expressum, in feodum donavimus & contulimus & presentibus litteris conferimus & donamus, Redditus recipiendi tredecim denarios argentin. monete de quolibet plauastro vini, cum quatuor denariis de navi, in qua plaustra huiusmodi in Reni alveo vererentur, per loca districtus terre sue, ubi huiusmodi haftenus recipere consueverit. Pro quo feodo dictus Marchio & sui heredes, nobis & heredibus nostris & ipsi Imperio sub juramenti debito, ad omnem posse sicut contra omnem hominem prescriptis personis exceptis ut promittitur astabunt fideliter & efficaciter auxilio consilio & favore. Diffidando primum quouslibet nostros adversarios & bellum movendo eis cottidianum & diurnum sicut propriis inimicis, nec statuendo cum eis treugas seu pacta vel aliquam concordiam faciendo citra nostram licentiam specialem. Ad hec idem Marchio & heredes sui nobis & heredibus nostris & Imperio juxta nobilitatem & magnitudinem suam sub ejusdem iuramenti debito servire tenentur armis & hominibus ad singulas partes Reni, Suevie, Franconie & Bavarie, contra quoscunque ut supra dicitur, ad quas eos duxerimus evocandos. Ad alias vero terras ad seruiendum, nobis non erunt obnoxij ex obligatione supra scripta, nisi quatenus ipsis placuerit, & nos aliis beneficiis aut modis habere poterimus ab eisdem. Ceterum ratificationem hujus nostre collacionis à Principibus Imperii ipsis procurare debemus ut melius possumus bona fide. Dat. Monaci xiiij. Kal. Jan. Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo. Regni vero nostri Anno nono.

---

---